

1737 *483*
25a *34*

ORDINIS JURISCONSULTORUM
IN
ACADEMIA VITEMBERGENSI
h.t.PRO-DECANUS
**IO. PAULUS
SCHREETER**

POTENTISS. POLONIAR. REGIS ET ELECTORIS SAX.
IN SUMMO PROVOCATIONUM SENATU CONSILIARIUS
ET JUDICII PROVINCIALIS IN MARCHIONATU INFE-
RIORIS LUSATIAE ASSESSOR

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

*ex liceat iusti in seunda instantia ad evitati
officia justinere?*

ORDINIS TURCOCONGRATATORIUM
AC DEPICTA / ET MALLEA
PERIODICANS
IO. PAULUS
SCHINDLER
MONTIS BOGDANAE TURCOTURIAE ET
M. SIMEONI TURCOTURIAE ET
ET HEDIONI TURCOTURIAE IN MANICHONIA TURCOTURIAE
MORIS TURCOTURIAE VENDEO

LEGATOR TURCOTURIAE





Q. D. B. V.



rudenter admodum & cum summa ratione a Juris nostri Conditoribus constitutum, ne in uno eodemque negotio aliquis partibus Judicis & Magistratus vel ejus Assessoris & Consiliarii simul, nec qui olim fuit Advocatus, postmodum in eadem causa Judicis munere fungatur, in quam rem extant textus in l. 6. pr. C. de Postul. l. 14. pr. C. de Assessoribus. l. 5. de Off. Assessor. l. 17. ff. Jurisd. cum incompatibile sit ut, quis consilium suggerat & pro parte loquatur, &c, simul Juri consonam sententiam ferat MENOCH. lib. I. arbitrar. Q. Q. qv. 73. n. 4. BRUNNEM. ad l. 6. C. de Postul. n. 2. quod latius & pro more solidissime exponit ZIEGLERUS in Dicafice Conclus. 19. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Unde & Summi Electoralis Sax. provocationum Senatus Praeses

a 2

&

& Consiliarii ex præscripto Ordinationis hu-
jus summi Tribunalis jurejurando inter cæ-
tera se sequentem in modum adstringunt:
Will mich auch allenthalben in Sachen zwis-
chen meines gnädigsten Herrn Unterthanen/
und andern, so vor diesem Gericht zu thun ha-
ben, so lange ich dem Gerichte verwandt bin,
außerhalb der Sühne wissentlich zu rathen o-
der zu schreiben, wenn die vor dieses Appella-
tion-Gericht kommen sind, enthalten. Id
quod totidem verbis in Ordinationibus Curia
Provinc. Supremæ Lips & Curia Vitembergens
continetur. Cum vero allegata jura de
casu quando quis in eodem foro simul & Ju-
dicis vel Assessoris, atque Advocati officia
sustinere & partibus litigantibus patrocinium
præstare præsumit, concepta nec rationes ul-
tra hæc spatha porrectæ, in quæstionem venit,
num Judici vel Assessori in alio judicis vel in-
stantia parti, pro qua vel contra quam sen-
tentiam pronunciavit, patrocinari & Advocato-
rum se gerere, integrum & licitum sit? Et prius
quidem absque hæsitatione merito affirmatur.
Cessat enim hic prohibitionis ratio, & in se-
cunda instantia non cognoscit, nec judicat,
qui in prima judex fuit, sed postea quam se-
mel sententiam dixit, Judex esse definit. 155.
ff. de

ff. de re jud. adeoque non metuendum, ne
 ex affectione injustam ferat sententiam, & ces-
 sat in hoc casu suspicio SCHILTER in Corollar.
 5. ad exerc. ad ff. 10. quin potius, cum ad ejus
 existimationem pertineat, ut rite, recte & ju-
 ste judicasse det demonstratum, non per for-
 des aut gratiam, jurisve, vel facti ignorantiam,
 non tam litigatori, pro quo judicavit, sed sibi
 ipsi patrocinium præstisſe intelligendus est;
 & quemadmodum appellare possunt omnes,
 quorum interest. l. i. pr. ff. de appell. recip. ita
 multo magis judicatum licet defendere omni-
 bus, qui sua putant interesse. Imo effato Juris
 Consulti MAECIANI in l. 85. §. 2. ff. ad Sct. Trebell.
 publice interest, ut constet sententiis & rebus
 judicatis sua autoritas, nec quæ bene sunt
 pronunciata, novi patroni malitia vel imperi-
 tia facile convallantur, sed sententiæ vires rei
 judicatae acquirant & lites quantocius finiantur,
 quod commodissime obtineri potest, si Ju-
 dex, primæ instantiæ, qui juris & facti, in quib-
 us innixa optimam & accuratam notitiam na-
 etus est, quam tulit sententiam in secunda in-
 stantiæ ipse tueatur. Nec obstat, quod hac
 ratione evenire queat, ut a judice tuam sen-
 tentiam defendantे ejus fundamenta & rati-
 ones decidendi propalentur, indeque adversæ

parti ansa detur, & via aperiatur eas impugnandi, & vel hoc modo sententia evertatur, quod tamen, ut declinetur, rationes, quæ judicem movent, regulariter non sint ab eo exprimenda, c. 16. X. de sent. & re jud. Jo PETR. de FERRARIIS in *Practica aur. form. sententia defin.* §. relaxandum n. 4. p. m. 215. ubi periculum esse, & fatuum illas exprimere, si possit cum silentio pertransire, quia sententia possit de nullitate redargui, si caula reperiretur falsa vel erronea afferit. Conf. CARPZ. in Proc. cit. 16. art. 1. § 65. seqq. Haec enim hodie in his regionibus ex lege publica secus se habent, & mandato Regio atque Electorali d. 9. Martii 1715. jubentur Dicasteria, sententiarum definitivarum, & que vim definitivæ habent, & si libelli angebrachter massen rejiciuntur, quem postremum casum & de FERRARIIS inter limitaciones regulæ c. l. n. 5. refert, rationes decidendi edere. Quin & judici a quo appellanti Apostolos refutatorios dare hodie integrum est, & tenetur in iis caulas & rationes, quare bene judicatum & appellatio frivola sit, ex Actis de promptas, superiori exponere CARPZOV. l. 3. R. III. n. 7. MEV. p. 6. Decis. 13. quo ipso etiam sententiam a se dictam tuetur eique patrocinatur. Atque haec nostra ajens sententia communi Juris Consultorum tam veterum quam recen-

recentiorum Scholæ semper probata fuit. Jam
 enim sua ætate GUILIELM. DURANDUS, vulgo
 Speculator dictus, in *Speculo lib. 1. partic. §. 3. de*
Judice deleg. n. 1. nullo Jure prohiberi, qui vult
esse Advocatus in appellationis instantia in
causa, in qua fuit Judex, scripsit. Secuti sunt
eum ANTON. FABER in Cod. lib. 2. tit. 5. BERNH.
WURMS. lib. 1. tit. 1. Obs. 7. MASCARDUS de
Probat. Vol. II. Conclus. 950. n. 1. FRIDER. HILFRO-
PPIUS in Processu p. 1. tit. 19. n. 38. & 98. BRUN-
NEM. ad l. 6. C. de Postul. n. 6. MEV. ad Jus Lubeo.
lib. 1. tit. 1. art. 13. n. 19. SCHILTER supr. cit.
I. B. MENCKEN in Tract. Synopt. Proc. Disp. 4.
§. 1. Nob. DN. de BERGER in Oeconomia Juris
lib. 4. tit. 8. §. 2. n. 7. Quamvis vero FRANZK.
lib. 2. ref. 13. n. 18. hanc sententiam simpliciter
intellec[t]am, ideo non satis tutam esse autu-
met, quod multis modis fieri possit, ut cau-
sa præfertim, si ab interlocutoria appellatum
sit, ad Judicem prioris instantiae revolvatur;
Attamen si ab interlocutoria appellatum, illa
a Judice, qui eam dixit, defensa in secunda
instantia, vel corrigitur, vel confirmatur; prio-
ri casu, cum causa principalis a Judice appella-
tionis & in secunda instantia sit definienda, nec
regulariter locus sit remissione ad priorem in-
stantiam, metus iste frustraneus est, in posteri-

ore

ore vero casu, super quæstione, de qua interlocutorie pronunciavit judex primæ instantiæ, lis est finita, nec secuta remissione amplius in disceptationem venit, nec desuper judicandum est & cum ex confirmatione pateat, judicem primæ Instantiæ bene & juste judicasse, patrocinium suæ interlocutoriæ in appellatio-nis instantia præstitum non Oberit, quo mi-nus causa principalis ejus definitioni sit com-mittenda. Nec ad arcendum ab hoc patro-cinio judicem primæ Instantiæ quicquam fa-cere potest, quod ZIEGLERUS in *Dicastice con-clus.* 19. §. 10. consentientibus aliis tradit, ho-nestius agere judicem, si a tali patrocinio ab-stineat, ne videatur uni plus favisse quam alte-ri, vel ut DURANDUS c. l. loquitur, ne ma-lum commercium præsumatur tempore, quo judex erat habuisse. Omnes enim, quo-rum hæc est opinio, cum admittant hoc patro-cinium nullo jure prohiberi atqué Judicem ver-fari in actu jure licito, nulla causa est, quare juris regulæ, quæ volunt præsumptionem in bo-nam partem, & pro honestate esse capiendam
l. 51. pr. ff. pro soc. ibique Dd. sint inverten-dæ, & in officio judicem delinquisse præsumen-dum, nec sibi nihil mali conscius judex ejus-modi inversas ac vanas præsumptiones curare
neceſ-

necesse habet; Alterum quæstionis membrum
 plus difficultatis videtur habere. Sane cum inter-
 sit judicis primæ instantiæ, ut sententia a se
 pronunciata confirmetur, & ipse erroris incu-
 riæ aut ignorantia non incusetur, quod decli-
 nare vix poterit, si ipse suam sententiam in ap-
 pellationis instantia evertere atque convelte-
 re patrocinium contra eam præstanto annita-
 tur, quin potius se ipsum accusare videatur,
 adeoque citra aliquam turpitudinis notam im-
 pugnationem facti proprii suscipi non posse
 censendum, nec eam permittendam, multis
 Doctorum statuere placuit, & fere in unico
 casu patrocinium in Appellationis instantia a
 Judice prioris præstari non improbant. Nimi-
 rum, si Judex, qui male in aliqua causa judica-
 vit, vieto appellanti heres succedat, JACOB.
 SCHULTES ad Modest. PISTOR. quæst. 140. n. 86.
 seqq. BERLICH. p. 1. concl. 50. n. 9. seqq. ubi hoc
 rationibus, ampliationibus & limitationibus ex-
 positum, conf BRUNN. ad l. 17. ff. de Jurisd. n. 2.
 cum causa ejus ita fiat propria & ipsius pecu-
 niarie intersit reformari sententiam a se latam,
 adeoque defensionem suscipiat fortunarum &
 facultatum suarum. Non tamen satis percipio
 rationem distinctionis inter hereditatem ab in-
 b testa-

testato, & ex testamento a BERLICHIO c.l. n. 10.
& restrictionis ad priorem hujus sententiae al-
latæ; Atque salvo aliorum judicio mea sic fert
opinio, judicem primæ instantiæ, qui ex erro-
re, vel etiam, quod ab uno litigantium non
satis deducta fuerint, quæ pro sua causa stant
momenta secundum acta & probata, ut qui-
dem decet judicem, contra illum pronun-
ciavit, deprehenso postmodum a se com-
misso errore, quem corrigere in commo-
dum proximi nemini prebrosum, quemad-
modum & in superioribus judiciis quotidie e-
venit, ut sententia prior, Leuteratione inter-
posita, per idem Judicium corrigatur, & in to-
tum reformatur, in appellationis instantia ejus
patrocinium suscipere, & ex nova causa, per
vulgatum: non deducta deducam, non probata
probabo, supposito in foro nostro cau, ubi in
secunda instantia novæ probationi locus est,
de quib. vid CARPZ. ad Constit. 21. p. 1. def. 4. 5.
6. 7. 8. 9. sententiam suam impugnare, & in
melius mutationem quærere. Unde & ZIEGL.
in Decis. 17. ubi questionis nostræ posterius
membrum late ac solide examinat, saltem judi-
ci indecorum & minus honestum esse, sua pro-
nunciata impugnare, ideoque citra interesse
pro-

488.

proprium non esse ad patrocinium pro victo
admittendum, criminis prævaricationis vero
reum non fieri, neque in pœnam incidere con-
cludit: Monendum restat, utrumque quæstionis
membrum solum pertinere ad illa judicia, quæ
ipsa de causis cognoscunt & sententias conci-
piunt, illis vero judicibus, qui a Dicasteriis &
collegiis prudentum transmissis actis sententias
requirunt, easque nomine Consultorum publi-
cant, id quod valide & cum effectu rei judi-
catae per Conſtit. Elecl. Sax. 26. p. 1. fieri potest,
nihil esse impedimento, quo minus sententias,
illas a se publicatas, si appellatum sit in secun-
da instantia, tanquam Advocati vel tueri vel
impugnare fas sit, cessantibus nimirum causis &
rationibus, ex quibus illis, qui ipſi pronunciant,
hæc facultas in dubium vocari solet. Sufficiant
hæc ad advisionem præsentem in gratiam Can-
didati Juris Nobiliss. de affine themate, Salario
nimirum Advocatorum, disputationem inau-
guralem parantis

JO. FRIDERICI AUTENRITH
Vitembergensis,

institutam, qui, quæ ex more de ejus natalibūs,
haetenus vita acta, cursu & progressioni-

b 2 bus

bus studiorum sunt exponenda, ipse suis met
verbis in sequentibus suppeditavit:
Vitam exponere jussus, ea que potiora videntur,
commemorabo. Annus erat 1700, die 12. Aug.
cum Viteberga Saxonum, Parentibus bonissi-
mis, JO. JACOBO AUTENRITHIO,
Cive ac chirurgo in Oppido patrio, & DORO-
THEA natalibus KOEPPIA Torgoviensi,
natus in hanc auram venirem. Prima paren-
tum cura fuit, ut per lavacrum nominibus Jo.
FRIDERICI insignitus in civitatem Dei adscri-
berer. Post privatis & publicis praeceptoribus,
KRANEWITTERIS, WAGNERIS, ULI-
CHIIS, BOETIGERIS & PILARICCHIS in
disciplinam datus scholam oppidanam frequen-
tavi. Anno autem 1712. die 13. Octobr. Reclere
Magnifico, JO. ANDREA PLANERO,
Math. Super. P.P., in tabellas academicas rela-
tus. Anno 1713. M. Octobr. in scholam Regio-
Electoralim Grimmensem missus, ERMELIIS,
SCHUMACHERIS, EGENOLFIS, & JACOBI,
praeceptoribus fui ulus. Sed anno 1718. M. Apr.
in patriam reversus, privatae institutioni in lite-
ris, quae ad humanitatem pertinent, pariterque
in Logicis & Oratoriis addiscendis, autore M.
HERMANNO BECKERO, Facult. hujus Philo-
sophi-

489:

Sopbie Assessore Spectatisimo, preceptorē fidelissimo, quem video mībi principem & ad suscipiendam & ingrediendam rationem horum studiorum exstissem, operam navavi. Tum vero studiis academicis omne tempus dedi, atque in dicendi arte KIRCHMAIERUM, in Philosophicis M. WOLFİUM, audivi. Ulterius progressus in studio Juridico Illustrem WERNHERUM, aliosque Professores & Doctores laudatissimos, MENCKENIOS, KRAUSIOS, BRENDLIOS, WOLFIOS, KOESELISIOS, in causis autem forensibus orandis exercendisque TEMMICHIOS & REINHARDTOS fidelissimos habui preceptores. Studiis Juridicis, quantum potui, arreptis, anni 1722. die 28. Aprilis, examini, quod Lege Saxonica imperatum illis est, qui causas in foro orare cupiunt, me submisi, & interrogantibus notitiam legum, tum quoque Processus Saxonici necessariam, judiciumque in tractandis causis accommodum probavi, atque adeo testimonium ab Illustri JCTorum hujus Academie Ordine eodem die expetitum facile obtinui. Deinceps Patronorum consilio Magdeburgum me contulibique in Judiciis versatus, commodam occasionem nactus fui majorem comparandi usum forensem. Quo in loco mībi con-

b 3

tigit



tigit felicitas, ut Illustris ac Excellentissimi D.N.
DE GUERICKE, Regii Prusici Regiminis
& Sacri Consistorii in Ducatu Magdeburgensi Di-
rectoris, Arcanorumque Regiorum Consiliarii, fi-
lios instituendi, ac in literis persicendi occasio
mibi daretur. Accedebat, ut cum VIRO Il-
lustri in negotiis Cæsareis apud Megapolitanos
procurandis Anno 1724. M. Martio per Berolinum
amanuensis, vulgo Secretarii, loco proficiserer,
& meam qualemcumque operam prestarem. Re-
bus autem ibi confectis Patrono meo, per Par-
chimnum, & Saxo-Lauenburgum, Hamburgum
proficisci, ibique quindecim dies morari, & eo
loco relicto, Magdeburgum revertere visum fu-
it. Ego vero, anno dicto Mens. Octobr. Vi-
tebergam repetiri, atque in studia Juridica in-
cumbere, eaque continuare induxi in animum.
Qua de causa adiu JOH FRIDER. WERNHERUM,
J.U.D. qui principia & ipsam Juris artem, iam
in scientia, quam in usu, mibi discendi cupidissimo,
diligentissime omnia repetendo, instillavit & in-
culcavit, ita, ut ipsius fidem atque operam, in
hoc studii genere mibi prestitam, satis prædicar-
e haud queam. Is enim & ipsius Illustris Pa-
truus sunt, quibus ea, que in studio Juridi-
co arripui, post DEUM dabo? Quo vero ad sco-
pum

490.

pum mibi prefixum eo citius pervenirem, Anno
1725. M. Aprili Dresdam petui, atque in conspe-
ctu Consilii Allici, quod ibi floret, ad usum fo-
rensem suscipiendum me obtuli, jureque juran-
do prestito in Advocatorum numerum receptus,
retuli me Vitebergam. In hoc patrio Oppido
per tres fere annos negotiis forensibus totum me
tradens causam publice dixi. Neque tamen ne-
gligere auditoria & scholas BASTINELLERI,
Nobilis Domini de BERGER, SPENERI, KEM-
MERICHII, intermisji. Quorum recitationibus
publicis, quantum licuit, interfui, atque in Di-
sputationibus Inauguralibus, Praesidibus BASTI-
NELLERO & MENCKENIO, munere dissen-
tientis fungi non dubitavi. Ita aliqua opera fo-
rensi instructus, superiori mensē Septembr. a. c.
Illustri JCtorum Ordini me examinandum offer-
re sum ausus, examinibusque, ut vocant, tenta-
mine & rigoroso, DEI Gratia, peractis, texti-
busque ex Jure Civili leg. ult. ff. de Postul. &
ex Jur. Can. Cap. ult. X. de bis, que vi metus-
ve causa sunt, publice illustratis, Collegium Ju-
ridicum Summos in Utroque Jure Honores capef-
fendos me idoneum judicavit.

Quod

Quod reliquum est, probata satis Collegio
nostro Juris scientia & peritia ad ulteriora o-
mnium unanimi consensu admissus die VI No-
vembr. concendet Cathedram, & quam dixi
Disputationem Inauguralem sub Præsidio Præ-
Nobilissimi atque Excellentissimi, DN JOAN-
NIS GODOFREDI KRAUSH, Ante-
cessoris Celeberrimi, & Collegiorum Juridico-
rum Assessoris Gravissimi tuebitur. Cui iolen-
ti panegyri, ut RECTOR ACADEMIÆ
MAGNIFICUS, ILLUSTRISSIMI COMITES,
LIB. BARO ILLISTRIS, PATRES ACADEMIÆ
CONSCRIPTI, ac reliqui Jurium Fautores in-
teresse benevole dignentur, ab Iis officiosissi-
me peto atque contendeo, & Ordinem No-
strum nihil eorum, quod ad probandam mu-
tuorum officiorum atque inserviendi prom-
ptitudinem facere possunt, in te desiderari pa-
surum, in me recipio. P. P. sub sigillo Facul-
tatis Dom. XXI post Fest. Trin.

A. CCXVII.



Wittenberg, Diss., 1727 A-50.



Sb.

1018

25

Farbkarte #13

